

eadem presentes nulla sint eo ipso. Quodque earumdem presentium transumptis etiam impressis manu Notarii publici, vel Secretarii dicti Ord. subscriptis, & sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae, vel Ministri Generalis praedicti Ord. munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 11. Junii 1659. Pontificatus nostri Anno V.

Dat. die 11. Junii 1659. An. V.

Ex Regest. in Secret. Brevi.

CCXLV.
Confirmatio D. Card. Barberini Protectoris totius Ordinis S. Francisci de Observantia super praecedentia inter Procuratores, & Commis. Gen. ejusdem Ordinis.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Procurator.

AD pastorale fastigium divina dispositione evelti, illa, quae pro conservanda inter religiosos viros Altissimi obsequii sub suavi arctioris vitae jugo mancipatos fraternam animorum concordiam, averdensque controversiis, quae inter eos excitari possint, provide conspicimus emanasse, libenter cum a Nobis petitur, apostolici muniminis praesidio roboramus.

Supplicatio.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Rocchus de Villarejo frater expresse professus, ac in Rom. Curia Commisarius Gen. Ordinis Fratrum Min. S. Francisci de Observ. nuncup., quod cum ipse alias a Congreg. Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita petiisset, ut ad occurrendum litibus, quae inter Procuratores, & Curiae praedictae Commis. Gen. ejusdem Ordinis circa praecedentiam oriri poterant, occasione statuti per Capitulum Gen. d. Ordinis anno 1651. in alma Urbe celebratum editi, quo cavetur, inter Procuratorem, & Commisarium Rom. Curiae tam actualem, quam habitualem, hunc ordinem esse servandum ut ceteris paribus, semper, & utrobique Procurat. actualis debeat precedere actualem Commisarium, & habituales Procurator habitualem Commisarium; istam particulam, ceteris paribus, declarare dignaretur, eadem Congreg. eam rem ad Ven. Fratrem nostrum Franciscum Episcopum Portuen. Card. Barberinum nuncupat. ejusdem S. R. E. Vice-Cancellarium, ac Ordinis praedicti apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectorem remisit, ut decerneret prout juris. Qui declarationem, & decretum desuper edidit, prout continetur in ejus literis tenoris, qui sequitur videlicet -- Franciscus Miseratione Divina Episc. Portuen. Card. Barberinus S. R. E. Vice-Cancellarius, ac Ordinis S. Francisci Protector, Corrector, & Governator. Dilectis in Domino filiis Patribus Procuratoribus, & Commisariis Rom. Curiae habi-

Tenor decreti D. Card. Barberini Procuratoris.

tualibus ejusdem Instituti salutem in Domino. Cum sicut expositum est S. Congregationibus, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita ad abigendos controversiarum anfractus circa praecedentiam inter Procuratores, & Commisarios Generales Curiae Rom. sive horum nominibus, aut titulis insignitos, expediat hujusmodi lites terminari, statutumque editum Romae anno 1651. exponi, videlicet: Quod ceteris paribus semper, & utrobique Procurator actualis debeat precedere actualem Commisarium, & habituales habituales, Nobisque ab eadem S. Congr. fuerit commissum desuper decernere prout juris. Hinc est, quod Nos pari honore, & onere functos, non impares emereri praeminentias aequitati consonum esse putantes, primoque emeritis priora deberi praemia, atque Ordinis hujusmodi statutorum inviolabili observantia, & inveterabili consuetudini inhaerentes, necnon Praedecessorum nostrorum decretis super hac re jamdudum emanatis, & praesertim Emi D. Card. Veralli olim d. Ordinis Protectoris, praeviaque hujus rei matura discussione dicimus, decernimus, & declaramus, Procuratorem actualem generalem legitime juxta Statuta in Comitibus, seu Congregationibus Generalibus electum, & nominatum precedere debere actualem Commisarium in eisdem Comitibus legitime electum habitualem vero Commisarius prius electum precedere habitualem Procuratorem posterius institutum, & suo munere functum, itaut in posterum praedicti Procuratores, & Commisarii Gen. habituales inter se precedere debeant juxta antiquitatem, sive antianitatem, sive institutionis, sive electionis in diversis Comitibus, & Congregationibus Generalibus; suffectos vero, seu substitutos extra Comitibus, & Congregationes Generales praefatorum Procuratorum, seu Commisariorum loco ad unum, & alterum annum, sive quovis indulto eorum titulis insignitos, si alias in suis Provinciis prius Ministri Provinciales non fuerint non solum praedictis Patribus sic legitime institutis, & suo munere functis, sed & his, qui fuerunt in suis Provinciis Ministri Provinciales cedere debere decernimus, & ita praedictum statutum intelligi, inviolabiliterque observari. Confirmantes insuper, & pro rato, & valido habentes quascumque sententias a quibusvis Superioribus ejusdem Instituti, sive Judicibus ab eisdem delegatis juxta tenorem hujus nostrae decisionis exaratas. Praecipientes sub poena officiorum, astuumque legitimum privationis, & aliis ad arbitrium nostrum infligendis poenis, ut haec nostra in hoc dubio decisio, & ultima statuti explicatio adamussim in toto Ordine ita observetur. Datum Romae in Palatio Cancellariae Apostolicae hac die 11. Apr. 1659.

F. Card. Barberinus Protector.
§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, d. Rocchus declarationem, & decretum hujusmodi pro firmiori illorum

rum substantia, & observatione, apostolice confirmationis nostrae robore communitari summopere desideret.

Confirmatio decretum a Cardinale Protectore emanatum.

§. 3. Nos ipsum Rocchum specialibus favoribus, & gratis &c. & a quibusvis excommunicationis &c. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, declarationem, & decretum a memorato Francisco Card. Protectore, sicut praemittitur, editum, emanatasque desuper literas praesentatas, auctoritate apostolica, tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis apostolica firmitatis robor adiciamus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas &c. inviolabiliter observari; Sique in praemissis per quoscumque Judices &c. definiri debere, ac irritum, & inane, &c. contigerit attentari.

Contrarius derogat.

§. 5. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, d. Ordinis, & aliis quibusvis, etiam juramento &c. concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus &c. haec vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptum fides.

§. 6. Volumus autem, ut earumdem praesentium transumptis &c. eadem prorsus ubique locorum fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Dat. die 16. Junii 1659. An. V.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 16. Junii 1659. Pont. nostri Anno V.

CCXLVI.

Constitutio super Ereptione Collegii ex Referendariis utriusque Signaturae, & super qualitatibus admittendorum deinceps in Referendarios.

ALEXANDER EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

INTER ceteras Apostolicae sollicitudinis curas, quibus incessanter urgemur, ea semper Nobis cordi fuit, ut Praelati Romanae Curiae, qui tanquam Stella in firmamento militantis Ecclesiae relucet, ac in arduis quibusque negotiis Apostolicae Sedi opera, & consilio praesto esse debent, ii demum deligantur, qui optima indole, moribus, & literis praestantiores, ceteris verae virtutis exemplar seipso praeferrunt; ad haec sane licet nonnulli Summi Pontifices Praedecessores nostri eorum Constitutionibus multa praesertim pro Referendariis utriusque Signaturae statuerint, quorum tamen nonnulla temporum cursu, ut saepe solet, antiquata, & forsitan neglecta fuerunt; propterea Nos illa innovare, ac pristinae observatione restitueri, & aliqua etiam addere, quae rerum experientia docuit expedire, duximus opportunum.

vantiae restituere, & aliqua etiam addere, quae rerum experientia docuit expedire, duximus opportunum.

§. 1. Hac igitur nostra perpetuo valitura Constitutio praedictas nostrorum Praedecess. in illis partibus, quae praesenti non adversantur, aut alias legitime reformatae non fuerint, confirmamus, & innovamus: Insuper erigimus, & instituimus Collegium eorumdem Referendar., quod volumus representari ex duodecim Votantibus Signaturae Justitiae de corpore, ac numero ipsorum Referendariorum electis, & in posterum eligendis, quorum caput, ac moderatorem perpetuo constituimus Praefectum ejusdem Signaturae Justitiae pro tempore existentem, & antiquior eorum in officio appellabitur Decanus.

Innovat Praedecessorum Constit. can.

Officium Decani.

§. 2. Horum autem officium erit formare inquisitiones, ac processus super qualitatibus eorum, qui ad praefatum Referendarii munus, ac dignitatem admittendi erunt, prout singulis a Praefecto Signaturae speciali rescripto demandabitur, ut infra statutum est. Praeterea eidem Decano, & Collegio incumbet ceteros Referendarios praesertim in posterum recipiendos diligenter instruere de h's, quae spectant ad exercitium eorum officii, & omnibus intimare decreta, & ordinationes quascumque, tam nostras, quam ejusdem Praefecti, eorum personas, ac munus concernentes, & concernentia, necnon dies, ac tempora, & servitia a singulis eorum nobis tam in Cappella nostra, quam in aliis functionibus praestanda, ac etiam curare, ut tabellae indicantes Signaturas, & Congregationes faciendas congruis temporibus a ministris deputatis, ut moris est, exponantur, ac omnibus demum incumbere, quae Ordinis interesse concernent.

Forma convocandi Collegium.

§. 3. Quoties vero dictum Collegium convocari, & coadunari necesse erit, requiratur prius licentia Praefecti, & de ejus mandato per Decanum convocetur, atque in domo habitationis ejusdem Praefecti, & non alibi, nec aliter convocari, & coadunari possit, nisi de expresse ejusdem Praefecti consensu, ac licentia in scriptis tantum praestanda.

Collegii privilegia.

§. 4. Volumus autem praefatum Collegium a Nobis institutum eisdem privilegiis, & exemptionibus perfrui, ac potiri, quibus cetera Collegia Praelatorum Romanae Curiae potiuntur, & gaudent.

Cooperandorum in ord. e Referendariorum processus.

§. 5. Porro illi, qui in Ordinem Referendariorum cooptari petent, ante omnia curabunt, ut relata Nobis, & Successoribus nostris a Praefecto Signaturae eorum instantia, nostrum, ac Successorum praefatorum beneplacitum praecedat: Deinde ut ab eodem Praefecto unus ex Praelatis praefati Collegii delegetur pro conficiendo processu, in quo infra scriptae instantium qualitates legitime justificentur. Primo scilicet ut ex vero, & legitimo matrimonio, & probis, ac honestis parentibus nati, & procreati sint, ac bonae indolis, vitae, ac famae probus inculpatae fuerint, atque in vigesimo-

CCXLVII.

Confirmat Decretum, quo numerus Vocalium Capituli Generalis Congr. Italiae Fratrum Discalceatorum Ordinis Eremitarum S. Augustini reducitur ad tres pro qualibet Provincia.

Da his Fratribus vide ad Const. 261. Urbani VIII. Alias Tom. 5. Par. 1. fol. 117. circa electionem Priorum Provincialium, ac de modo regendi provincias.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Militantis Ecclesie regimini per abundantiam Divinae bonitatis, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, prepositi, illa que pro felici Christianorum sub sua arctioris religionis jugo Altissimi obsequiis nuncupatorum directionem provide statuta esse dignoscuntur, libenter, cum a Nobis petitur, apostolici muniminis patrocinio roboramus.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Vicarius Generalis, & Definitorium Congregat. Italiae Fratrum Discalceatorum nuncupat. Ordinis Eremitarum S. Augustini, quod ultimum ejusdem Congregat. Capitulum Generale sub directione dilecti filii nostri Jo: Baptistae tit. S. Mariae Transiberim S.R.E. Presbyteri Card. Pallotti nuncupati, d. Ordinis apud Nos, & Sedem Apost. Protectoris, summa cum tranquillitate, & pace celebratum fuit, juxta modum, & formam cujusdam Decreti in proxime precedenti Capitulo Generali Congregat. predicta editi, & per Venerabiles Fratres nostros ejusdem S.R.E. Card. negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium prepositos die 10. Januarii proxime preteriti (ut d. Exponentes afferunt) confirmati, quo numerus Vocalium Capituli Generalis Congregat. hujusmodi prescribitur, & ad tres pro qualibet Provincia reducitur, & alias prout continetur in scriptura tenoris, qui sequitur, videlicet.

§.2. Die 13. Maii 1659. sessione 7. Invocato Divini Spiritus auxilio, congregatis Eius, & Rmo D. Card. Pallotto Protectore, & Præside, ac PP. Definitorii Generalis Congr. PP. Discalceatorum S. Augustini Italiae propositum fuit, an confirmandum sit Decretum in preterito Capitulo Generali sess. 10. die 18. Maii 1656. editum, & a S. Congr. super negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium preposita confirmatum, super reductione Vocalium Capituli Generalis sub infrascripto tenore, videlicet.

§.3. Ad tollenda inconvenientia, & incommoda, que ex celebratione Capituli Generalis more solito contingunt ex multitudine Vocalium ad predictum Capitulum Generale concurrentium, & expensarum ultra limites nostre paupertatis, & ex periculis itinerum cum evidenti detrimento nostre regularis observantia, cum experientia compertum sit summo opere expedire

Procurium.

Supplicatio.

Decretum Capituli Generalis.

quinto ætatis anno constituti. Præterea in aliqua publica Universitate studiis legalibus saltem per quinquennium operam dederint, ac in eadem utriusque Juris, scilicet Canonici, & Civilis, Lauream Doctoratus assecuti fuerint: atque annuos etiam redditus summam scutorum mille quingentorum monetæ constituentes vere, ac realiter, & pacifice possideant, vel a parentibus, aut propinquis fuerint illis valide assignati: Ac demum in hac Curia Romana saltem per biennium versati fuerint, & studio praxeos penes aliquem ex Auditoribus Rotæ nostræ, vel alios Prælatos, Officiales, seu Advocatos ejusdem Curie sedulo incubuerint: super quibus compilato diligenter processu fiat a Ponente, seu delegato illius relatio in Collegio, cui si videantur probata sufficienter præmissa, tunc Orator admittatur ad examen, assignatis illi (ut moris est) duabus supplicationibus, seu commissionibus coram ipso Collegio proponendis: Et subinde peracto examine, si ejusdem Præfati, atque Collegii, quorum conscientiam oneramus, fuerit concordi judicio, vel saltem per duas ex tribus partibus votorum, quæ secreto per fasces albas, & nigras proferri volumus, approbatus: tunc Præfatus, omnibus Nobis, & Successoribus nostris relatis, illum auctoritate nostra pronuntiabit Referendum, ac in aliorum numerum adscribi mandabit, præfatis tamen prius in ejus manibus solito juramento.

§.7. Postremo ut in Signaturis tam Gratia, quam Justitiæ liberior sit causarum discussio, & votorum prolatio, prohibemus omnibus, & singulis, tam Votantibus, quam aliis quibuscumque in eisdem Signaturis intervenientibus, ac eorum Auditoribus, & studiorum Coadjutoribus vota ipsa cuiquam alteri etiam speciali expressione digno referre, aut propterea oretenus, vel in scriptis, per se ipsos, vel alios quacumque forma, & exquisito modo, sub pœna indignationis nostre.

§.8. Decernentes præfatas literas validas &c. inviolabiliter observari; sicque et quoscumque Judices &c. definiri debere ac irritum, & inane, si secus &c. contigerit attentari.

§.9. Non obstantibus præmissis, ac quantum opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de gratis non concedendis ad instar, ac fel. rec. Pii Papæ IV. Prædecessoris nostri de gratis interesse Cameræ Apostolicæ quomodolibet concernentibus in prædicta Camera registrandis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ præfati Prædecessores in dictis Constitutionibus voluerunt non obstat, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis, innovationis, erectionis, institutionis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ 1659. Idibus Junii, Pontificatus nostri Anno V.

Vota Signaturæ nemini referuntur.

Decretum irritans.

Contraria tollit.

Pat. die 11. Junii 1659. An. V.

dire; Capitulum Generale celebrari juxta formam præscriptam in Decreto alias facto in præterito triennio, & a S. Congreg. predicta confirmato, paucis mutatis, ut infra sub reservatione beneplaciti SSmi D. N., & cum supplicatione S. S. pro confirmatione in perpetuum per literas in forma Brevis, decretum fuit, quod deinceps in perpetuum accedant suffragaturi ad Capitulum Generale præter Adm. R.P. Vicarium Generalem, quatuor Definidores Generales, duos Visitatores Generales, Procuratorem Generalem, & Secretarium Generalem, ex qualibet Provincia Priores Provinciales in Capitulo Generali, sive extra illud ad formam literarum Apostolicarum electi: quod si aliquem ex d. Provincialibus ante elapsum triennium, & ante Capitulum Generale decedere contigerit, & per tempus non licuerit novam fieri electionem, ut supra, tunc jus ferendi suffragium in Capitulo Generali in locum demortui devolvatur ad proxime antecessorem in Officio Provincialatus, dummodo illi non competat hujusmodi jus ferendi suffragium in eodem Capitulo ex alio titulo, quo casu ad antecessores in d. Officio eodem modo devolvatur: Et si detur casus, quod nullus ex Provincialibus antecessoribus existat, aut ferre votum ex alio titulo possit, tali casu jus ferendi votum devolvatur in Provincia Romana ad Priorem Conventus Jesu Mariæ de Urbe, & eo deficiente, aut legitime impedito ad Priorem Conventus S. Nicolai ejusdem Urbis. In Provincia Neapolitana ad Priorem Sanctæ Mariæ Veritatis, vel eo deficiente, aut legitime impedito ad Priorem Conventus S. Nicolai Tolentinatis ejusdem Civitatis. In Provincia Januensi ad Priorem Conventus S. Nicolai Tolentinatis Januæ, & eo deficiente, vel legitime impedito ad Priorem Conventus S. Damiani Mediolani. In Provincia Siciliae Panormitanæ ad Priorem Conventus S. Nicolai Tolentinatis Panormi, vel eo deficiente, seu legitime impedito, ad Priorem Conventus S. Gregorii ejusdem Civitatis. In Provincia Germaniæ ad Priorem Conventus Sancti Augustini Viennæ, & eo deficiente, vel legitime impedito, ad Priorem Conventus S. Wincislai Pragæ. In Provincia Regni Neapolitani ad Priorem Conventus S. Mariæ Pietatis Montis Leonis, & eo deficiente, vel legitime impedito, ad Priorem Conventus S. Mariæ Incononate Neritonensis. In Provincia Pedemontana ad Priorem Conventus S. Caroli Taurini, & eo deficiente, seu legitime impedito, ad Priorem Conventus SS. Nicolai, & Annæ Salutiarum. In Provincia Siciliae Messanenensis ad Priorem Conventus S. Restitute, & eo deficiente, seu legitime impedito, ad Priorem Conventus SS. Annuntiate ejusdem Civitatis, & sic deinceps.

§.4. Præterea Loco Priorum, & Discretorum cujuslibet Conventus accedant suffragaturi ad Capitulum Generale, & ad idem latum instantias ad statum Provincia-

rum, & singulorum Conventuum, duo ex qualibet Provincia, qui sint Sacerdotes, & sine scandalo, & cum ædificatione in Congregatione se gesserint, & saltem duodecim annos completos a professione habeant in Congregatione, & triginta annos pariter completos habeant ætatis: & unus ex illis insuper Philosophiam, vel Theologiam, si fieri poterit per duodecim annos, vel ad minus per novem formiter legerit, & docuerit, vel pro duodecim, vel saltem novem cursus quadragesimalis, aut integros annuales laudabiliter concionatus fuerit, excepto tamen hoc primo triennio, pro quo Vocales, sive Lectores, sive Concionatores eligi, & admitti possunt, etiam si per sex tantum annos muneribus predictis functi sint, quibus requisitis, ut supra, respective deficientibus, electiones nullæ sint eo ipso, ac sine illis electi ad suffragandum in Capitulo Gen. non admittantur.

§.5. Prædicti autem duo in qualibet Provincia eligantur in Congregatione cogenda per Priorem Provinciale cujuslibet Provinciae Dominica prima Mensis Maii proxime præcedentis Capitulum Generale, vel si urgens aliqua necessitas coegerit, primo quoque tempore post dictam Dominicam primam Mensis Maii, in quibus Congregationibus præsideant Provinciales, non tamen in illis votum ferant; & Provincialibus quovis modo deficientibus, præsideant Priores Conventuum, in quibus Congregationes fiunt, & officio scrutatorum fungantur: qui prærit, & duo Prædicti proximiores, eligentur, & alii duo cum eisdem qualitatibus, & requisitis respective substituendi unicuique ex proxime electis in casu mortis, sive alterius cujusvis legitimi impedimenti.

§.6. In prædictis autem Congregationibus vocem habebunt Priores cujuslibet Conventus, & Vicarii Conventuum Vicariatus; Secretarii RR. Patrum Provincialium, necnon Discreti, qui eligentur, prout hæcenus factum est. Et cætera faciant ad formam Constitutionum. Congregationes autem habebuntur pro Provincia Romana in Conventu Sanctissimi Crucifixi Spoleti, pro Provincia Neapolitana in Conventu S. Mariæ Veritatis Neapolis, pro Provincia Januensi in proximo triennio in Conventu S. Franciscæ Romanæ Mediolani, in subsequenti vero in Conventu S. Nicolai Tolentinatis Januæ, & sic deinceps alternative. Pro Provincia Siciliae Panormitanæ in Conventu S. Nicolai Tolentinatis Panormi. In Provincia Germaniæ in proximo triennio in Conventu Sancti Augustini Viennæ, in subsequenti vero in Conventu S. Wincislai Pragæ, & sic de singulis alternative: Pro Provincia Regni Neapolitani in proximo triennio in Conventu S. Mariæ Incononate Neritonensis, in subsequenti vero in Conventu Sanctæ Mariæ Pietatis Montis Leonis, & sic deinceps alternative: pro Provincia Pedemontana in Conventu S. Caroli Taurini: in Provincia Siciliae Messanen. in Conventu

in S. Rescripta Messanae; utque electiones pro qualibet Provincia de dignioribus, & magis acceptis personis in qualibet Provincia in Definitorio Generali fiant, provisum, & decretum pariter fuit, ut in electionibus praedictis intersint, & admittantur ad ferendum votum Provinciales, & duo Vocales uniuscujusque Provinciae, una cum PP. Definitorii in electionibus singularum Provinciarum, ita ut possint esse omnes numero duodecim Electores: & fuit affirmative per vota secreta omnibus concurrentibus. Die 25. Maii 1659. In Capitulo Generali Praesidente Esmo D. Cardinali Palotto ad majorem quietem, & pacem totius Congregationis, &c. Perlecto per Secretarium Capituli generalis alta voce superscripto Decreto, & facta propositione, an placeat servari, & confirmari d. Decretum tenoris prout supra, per vota secreta fuit resolutum, affirmative, per viginti octo suffragia, duobus tantum pro negativa.

Confirmat decretum prout in rubric.

§.7. Cum autem, sicut eadem expositione subjungebat, praedicti exponentes Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, & observatione, Apostolica confirmationis nostrae praesidio communiti summopere desiderent: Nos specialem ipsi Exponentibus gratiam facere volens, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti &c. harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, praesertim Definitorii, & Capituli Generalis d. Congregationis Decretum, auctoritate apostolica, tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Decretum irritans.

§.8. Decernentes easdem praesentes litteras semper firmas &c. inviolabiliter observari: Sicut in praemissis per quoscumque Judices ordinarios &c. judicari, & definiti debere, ac irritum &c. attentari.

Contraria tollit.

§.9. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Congregationis praedictae, ejusque Provinciarum, & aliis quibusvis, etiam juramento &c. quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores &c. hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis &c.

Transumptorum fides.

§.10. Volumus autem, ut eorumdem praesentium transumptis, manu &c. eadem prout fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberi, si forent exhibitae, vel ostensa.

Dat. die 16. Junii 1659. An.V.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 16. Junii 1659. Pontificatus nostri Anno V.

CC XLV III.
Pro erectione Provinciae Beati Petri de Alcantara Fratrum Discalceatorum Sancti Francisci, & communicatione eorum,

quae Provinciae Sancti Joannis Baptistae, & omnibus aliis Provinciis eorumdem Fratrum Discalceatorum pro bono ipsarum regimine sunt concessa.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Acrosancti Apostolatus officium humilitati nostrae per ineffabilem divinae bonitatis abundantiam impositum postulat, ut paternam Christianissimum, qui e fluctibus seculi in portum regularis vitae confugerunt, curam gerentes, eorum statui, & felici directioni opportunis rationibus consulere studeamus, prout pia Orthodoxorum Regum vota exposcunt, & Nos matura consideratione praevia, conspicimus in Domino salubriter expedire.

Procurium.

§.1. Nuper siquidem pro parte dilectorum filiorum Fratrum Discalceatorum, Provinciae Sancti Joannis Baptistae Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Nobis expositionem fuit quod eadem Provincia vigore facultatis aedificandi, seu instituendi Conventus, seu Domo regulares in quibusvis Hispaniae locis ei per quasdam fel. rec. Clem. PP. VIII. Praedecessoris nostri in simili forma Brevis litteras concessa, ita (benedicente Domino) dilatata nunc reperitur, ut in Valentiae, ac Murciae, & Granatae Regnis, in quibus consistit, triginta sex illius Conventus numerentur, in quibus singulis Fratres notabili numero habitant. Qui Conventus cum per spatium trecentorum milliarum in longitudo, & centum quinquaginta in latitudine dispersi existant, Ministris Provincialibus Provinciae hujusmodi pro tempore existentibus, si non impossibile, saltem difficillimum redditur ipsam Provinciam pedibus totam quotannis peragere, & visitare, sicut per statuta dicti Ordinis praescribitur, nec ipsi attempta itineris longitudine, eam in singulis Conventibus praesatis moram trahere valent, quam spiritualis Religiosorum consolatio exigit.

Motiva.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositione subjungebat, praemissis in Capitulo Provinciali dictae Provinciae provide perpensis, Fratres qui eidem Capitulo interfuerunt, omnes unanimiter decreverint, Nobis esse supplicandum, ut licentiam dividendi Provinciam praedictam concederemus, hocque decretum non solum a tunc existente Ordinis praedicti Ministro Gen., qui Capitulo Provinciali hujusmodi praesedit, approbatum, sed etiam a Capitulo Generali ejusdem Ordinis in Civitate Toletana novissime celebrato confirmatum fuerit: Nobis propterea, tam charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici nomine, quam pro parte dictorum exponentium humiliter supplicatum fuit, ut in praemissis opportune providere, de benignitate Apostolica dignaremur.

Supplicatio pro divisione Provinciae.

§.3. Nos igitur ejusdem Philippi Regis desiderio, quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere cupientes, praefatosque

tosque exponentes specialibus favoribus, & gratiis profecti volentes, & ipsorum exponentium singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis &c. harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi piis, & rationabilibus supplicationibus inclinati, attentis expositis, necnon etiam audito dilecto filio Ministro Generali Ordinis hujusmodi, memoratam Prov. S. Joan. Bapt. Frat. Discal. nuncupat. praedicti Ord. Min. S. Francisci de Obser. in Regnis Valentiae, Murciae, & Granatae consistentem olim apostolica auctoritate erectam, & institutam, quae in tantum postmodum (Deo favente) se dilatavit, & crevit, ut triginta sex jam Conventus, seu Domo Regulares cum competenti numero Fratrum comprehendat, ac proinde impossibile sit, per unum tantummodo Ministri Provinciale propter longam distantiam, eam quotannis ad praescriptum Constitutionum, & Statutorum Ordinis praedicti visitare.

Dividit Provinciam in duas.

§.4. Auctoritate Apostolica, tenore praesentium dismembramus, & ex unica in duas dividimus, ita scilicet, ut vigintiseptem Conventus nunc existentes in Provincia Valentiae, & si quos exinde in eadem erigi contingat, usque ad Civitatem Murciae exclusive, retento nomine Prov. S. Joan. Bapt., sub ea remanere, ceteri vero ab eadem Civitate Murciae per praefata Regna Murciae, & Granatae diffusi, & in posterum pariter fundandi, ac Provinciam de novo erectam, & B. Petri de Alcantara nuncupandam pertinere intelligantur.

Gaudet privilegio alarum Provinciarum.

§.5. Quam Provinciam B. Petri de Alcant. de novo, sicut praefertur, erectam, & institutam volumus inter Provin. praedicti Ord. Min. Regul. Observ. auctoritate Apostolica creatas, & approbatas aggregari, & annumerari, ac aggregatam, & annumeratam esse statuimus, & decernimus, omnibusque concessionibus, gratiis, indultis, & Litteris Apostolicis eidem S. Joan. Bapt. & aliis dicti Ord. Prov. Discalc. concessis, & pro tempore concedendis frui, & gaudere, ac si eidem de novo specialiter concessa essent, & eidem constitutionibus, legibus, statutis, & ordinationibus, quibus d. Prov. S. Joan. Bapt. utitur, & gubernatur, similiter perpetuo uti, & gubernari debere.

Dat. modum eligendi Ministrum, & Definitores.

§.6. In Capitulo autem Provinciali, in quo Praeses ipsiusmet Capituli ad novam electionem praesideat, vel etiam in Congregatione more Capituli Provincialis ad hunc effectum habenda, & celebranda tempore, & loco ab ipso Ministro Provinciali Provinciae S. Joan. Bapt. praescriptis, convocatisque per ipsum Definitores, & Fratres, cunctisque omnium locorum, seu Conventuum ipsius Provinciae Guardianis, ex omnibus ejus Fratribus, hoc est de toto corpore Provinciae, unus illorum in Ministrum Provinciale pro Provincia de novo erecta per eosdem Ministrum Provinciale, & Definitores, & Guardianos per vota secreta ad praescriptum S. C. T., & inde ex corpore Congreg. solummodo qua-

tuor Definitores, & Custos servatis servandis, & prout in hujusmodi Capitulis Provincialibus moris est, eligantur, quos omnes, scilicet Ministri Provinciale, Definitores, & Custodem postquam electi fuerint, idem Minister Provincialis S. Joannis Baptistae, seu Praeses Capituli, Apostolica auctoritate confirmet.

Quod maneat sub audientia Ministri Gen.

§.7. Decernentes Provinciam de novo ut dicitur, erectam, tamquam veram, & legitimam ipsius Ordinis filiam sub obedientia, visitatione, & correctione Ministri Generalis illius pro tempore existentis perpetuo remanere, & in Capit. Gen. sicut caeterae ejusdem Ordinis Provinciae locum habere, tractari, amplecti, & debitis favoribus profecti debere, illamque in celebrandis Capitulis Provincialibus, Congregationibus, electionibus, & aliis pariformiter, ac Provincia S. Joan. Bapt. procedere, & ipsas ambas Provincias suis propriis tantummodo, non autem alienis Constitutionibus, & Ordinationibus regi, & gubernari perpetuo teneri.

Praesertim tempus Fratris eligendi sibi Provinciam.

§.8. Atque electionibus Ministri Provincialis, Definitorum, & Custodis supra dicti, ut praemittitur, celebratis, & confirmatis, dictus Minister Provincialis S. Joan. Bapt. terminum sex mensium cunctis ipsius Provinciae Fratribus praefigat, intra quem ipsi alterutram ex ambabus Provinciis, quam maluerint, ad incolendum, & inhabitandum eligere possint, quo elapso nulli eorum locum, aut Provinciam amplius mutare, sine utriusque Provincialis consensu in scriptis obtento, ullo modo liceat.

§.9. Eiusdem autem novae Provinciae B. Petri de Alcant. limites, & confines esse debere volumus Episcopatum Carthaginensem, Comitatum in Regno Murciae, Episcopatum Guadicensem, & Baza, Episcopatum Almeriensem, Archiepiscopatum Granatensem, Adelantatum de Cazorra, Abbatiam de Alcala, & Pliego, necnon partem Episcopatus Ghiennensis, scilicet ab ipsa Civitate Ghiennensi versus Biacensem, & Ubetensem, relinquendo aliam partem, scilicet ab ipsa Civitate Ghiennensi usque ad Episcopatum Cordubensem: ita tamen, ut nec Provincia noviter erecta, nec Provincia Sancti Didaci possit fundare Conventum in Civitate Ghiennensi, neque in ejus districtu, sed ipsa Civitas communis sit utrique Provinciae pro quaestuatione, prout inter partes ita conventum & pactum extitit.

Decretum irritans.

§.10. Decernentes pariter easdem praesentes litteras &c. Sicut in praemissis per quoscumque Judices ordinarios &c. ac irritum, &c. contigerit attentari.

Contraria tollit.

§.11. Non obstantibus praemissis, ac Constit. & Ordin. Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Ordinis, ac Prov. S. Joan. Bapt., ejusque Conventuum hujusmodi, & aliis quibusvis, etiam juramento, &c. in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus &c., hac vice dumtaxat spe-

1659.

Dat. die 4. Augusti. 1659. An. V.

specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 4. Aug. 1659. Pontificatus nostri Anno V.

CCXLIX.

Reintegratio, seu nova erectio Conventus S. Laurentii in Terra Bonitii, vulgariter Poggibonzi, ad favorem Congregat. Ilicetanæ, Ordinis Erem. S. Augustini. Conventus horum Fratrum non possunt occupari ab aliis Fratribus Disceatensis ejusdem Ordinis, nisi de consensu Prioris Generalis. Vide ad Const. 82, Tom. 6. Par. 3. fol. 113. Inno. X.

Venerabili Fratri Episcopo Collessi. ALEXANDER PAPA VII. Ven. Frater salutem, & apostolicam benedictionem.

Proemium.

Ecclesie Catholicae regimini, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, per ineffabilem divinae bonitatis abundantiam praestitum ad ea, quae in Religione, divinique cultus incrementum, spiritualemque populorum consolationem, & animarum salutem cessura esse noscuntur, peculiare vigilantiae nostrae curas libenter convertimus, officiique nostri pastoralis partes propensa charitate desuper interponimus, prout pia Religiosorum Antistitum vota postulant, & Nos prudenti consultatione adhibita, cognoscimus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit Ven. Frater Ambrosius Landuccius Episcopus Porphyriensis Secretarii nostri Apostolici Praefectus, qui in minoribus constitutus habitum per Fratres Ordinis Eremitarum S. Augustini gestari solitum suscepit, & professionem per eisdem emitti consuetam expresse emisit regularem, quod cum Conventus S. Laurentii Fratrum Provinciae Pisanae dicti Ordinis in terra Bonitii Poggibonzi vulgariter nuncupata, Collessis Dioecesis existens, cujus redditus certi, & incerti simul ad summam trecentorum sexaginta scutorum monetae, vel circiter ascendebant, ante aliquot annos per finistram Superiorum illius temporis relaxationem vigore Constitutionis fel. rec. Innocentii Papae X. Praedecessoris nostri, quae incipit Insuperanda, &c. suppressus fuisset, ordinatum fuit, attento quod dicta Terra Missarum, & Confessariorum penuria laborabat, ut Ecclesia ejusdem Conventus sic suppressi in Parochialem cum assignatione cura animarum parochiali Ecclesiae Praepositura nuncupata ejusdem Terre, cui copiosa Parochianorum multitudo suberat, incumbens, & in ipsa nova Parochiali Ecclesia una Cappellania, quam obtinens pro tempore Cappellanus Missam in eadem Ecclesia quotidie celebrare, illiusque Parochum in cura animarum exercenda coadjuvare, obligatus esset, respective erige-

rentur; & Parochia quidem centum, Cappellano vero sexaginta scuta ad rationem septem librarum monetae illarum partium pro quolibet scuto respective annuatim ex redditibus d. Conventus suppressi assignaretur, residuum vero reddituum hujusmodi Semin. Eccles. Collessi applicaretur: quae quantum quidem ad erectionem novae Parochialis Ecclesiae, & Cappellaniae hujusmodi attinet, executioni demandata fuerunt, eisdem Parochiali Ecclesia Francisco Mutii, & Cappellania a primava erectione vacantibus Joanni Dominico Scachi Presbyteris illarum partium dilectis filiis cum assignatione jamdicta respective collatis: applicatio vero residui dictorum reddituum praedicto Seminario facienda hactenus mansit in suspenso.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subungebat, quidam Conventus sub titulo, seu invocatione S. Antonii Fratrum Congregationis Ilicetanæ dicti Ord., cujus fructus, redditus, & proventus certi, & incerti simul computari ad quadringenta, vel circiter scuta paria annuatim ascendunt, circiter trium milliarum intervallo a praedicta Terra distans reperitur, qui si supprimeretur, illiusque redditus praedicto Conventui Sancti Laurentii suppresso applicarentur, idem Conventus S. Laurentii reintegrari, seu de novo erigi posset, atque ita memorata Terra, quae populi frequentia, sitisque amenitate inter alias conspicua existit, decori, illiusque Civium, & Incolarum, qui per suppressionem dicti Conventus S. Laurentii ope, operaque illius Fratrum destituti, notabilia incommoda passi sunt, spirituali consolationi, & utilitati peropportune consideretur, & illis, sicut ante suppressionem hujusmodi fiebat, divina officia celebrarentur, Sacramenta Ecclesiae frequentarentur, praedicationes verbi Dei ad populum haberentur, necnon processiones, aliaeque pia, & devota functiones.

§. 3. Cumque dilecti filii Superiores memoratorum Ordinis, & Congregationis suppressioni dicti Conventus S. Antonii, quantum ad eos spectat, consentiant, praedicti vero Franciscus, & Joannes Dominicus suas Parochialem Ecclesiam, & Cappellania supra dictas respective resignare libere parati sint, si eorum indemnitati per infra scriptarum pensionum, seu praestationum annuarum assignationem provideatur: Nobis propterea praedictus Ambrosius Episcopus, necnon dilecti filii Universitas, & homines dictae Terrae Bonitii humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune provideat, & ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignemur.

§. 4. Nos igitur pio, & religioso ejusdem Ambrosii Episcopi desiderio, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere, ipsumque Ambrosium Episcopum, ac Universitatem, & homines praedictos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, &c. & ab-

Dat facultate Episcopo Collessi ut erigat, & reintegret Conventum S. Laurentii suppressi quibusdam Conventibus S. Antonii.

& absolutas fore censentes, necnon erectionum, & institutionum novae parochialis Ecclesiae, & Cappellaniae hujusmodi, ac dicti Conventus S. Antonii tenores, & alia quaecumque etiam specialem, & individuum mentionem, & expressionem requirunt, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, insertis, & specificatis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Fraternitati tuae praesentes committimus, & mandamus, ut veris existentibus narratis praedictum Conventum Sancti Antonii, ejusque titulum, conventualitatem, ac dignitates, ministeria, munerum, & officia regularia quaecumque, necnon titulos beneficiorum, & collativos dictae Parochialis Ecclesiae S. Laurentii, & Cappellaniae, sicut praemittitur, erectarum (facta tamen prius per memoratos Franciscum, & Joannem Dominicum respective ipsarum parochialis Ecclesiae, & Cappellaniae in manibus tuis libera, & spontanea cessione, & resignatione) auctoritate nostra apostolica perpetuo suppressas, & extinguas, ac in praedicta Terra Bonitii praedictum Conventum S. Laurentii, sicut praemittitur, suppressum, ad statum Conventus restituas, & reintegres, seu de novo in Conventum Fratrum dictae Congregationis Ilicetanæ Ord. praedicti, in quo de praesenti quidem octo Fratres, nempe quinque Presbyteri, unus Clericus professus, & duo Laici, seu Conversi: post mortem vero dictorum Francisci, & Joannis Dominici duodecim, videlicet octo Presbyteri, duo Clerici professi, & duo Laici, seu Conversi Fratres Congregationis, & Ordinis hujusmodi degere, & commemorari debeant, ea lege, ut iidem Fratres donec ad numerum duodenarium pervenerint, tuae, & pro tempore existentis Ordinarii Collessis jurisdictioni subjaceant, ipsique Fratres divina officia celebrent, aliaeque spiritualia exercitia juxta eorum institutum obeant, & peragant in Ecclesia ejusdem Conventus Sancti Laurentii, quae licet titulus parochialis in ea suppressus, & extinctus sit, nichilominus curata remaneat, & in ea curae animarum exercitium continuetur, ipsaque cura animarum ab aliquo Fratre dicti Ord. per Definitorium praedictae Congregationis Ilicetanæ tempore illius Capituli, vel Dietae intermediae, extra Capitulum vero, seu Dietam hujusmodi, per Vicarium Generalem, ejusque Congregationis pro tempore existentem ad hunc effectum eligendo, seu deputando, ac antequam administrationem curae animarum hujusmodi gerat, ad illam a te, seu pro tempore existente Ordinario Collessi approbando exerceri debeat, dicta auctoritate itidem perpetuo erigas, & instituas.

Pro sustentatione Conventus S. Laurentii variorum provenus assignat.

§. 5. Praeterea eidem Conventui Sancti Laurentii sic reintegrato, seu de novo erecto, pro illius dote, ac Prioris, & Fratrum in eo pro tempore degentium sustentatione, onerumque illis incumbentium supportatione, omnia, & singula praedictis Parochia, & Cappellano assignata, ac supra-

Bull. Rom. Tom. VI. Par. V.

dicto Seminario applicari ordinata, ut praefertur, & alia quaecumque bona mobilia, & immobilia, proprietates, census, redditus, proventus, obventiones, emolumenta, actiones, & jura, aliave quaelibet tam ad ipsum Conventum S. Laurentii, illiusque Ecclesiam, quam ad supra dictum Conventum S. Antonii a te suppressendum, & extinguendum quomodocumque, & qualitercumque respective spectantia, & pertinentia, ubicumque locorum existentia, ac illis in futurum quodocumque, tam in ultima voluntate, quam inter vivos, & alias quomodolibet elargienda, eroganda, donanda, & assignanda ex nunc, prout extunc, postquam elargita, erogata, donata, & assignata fuerint, ita ut liceat eisdem Priori, & Fratribus illorum omnium, & singulorum corporalem, realem, & actualem possessionem, & quasi possessionem per se, vel alium, seu alios suo, & dicti Conventus S. Laurentii nominibus propria auctoritate apprehendere, & apprehensa perpetuo retinere, fructus quoque, redditus, proventus, & emolumenta ex illis provenientia quaecumque, ac elemosinas ipsius, eorumque Conventui hujusmodi pro tempore factas recipere, percipere; exigere, levare, locare, arrendare, recuperare, ac in suos communes usus, necessitates, & utilitatem, onerumque hujusmodi adimplementum convertere, & erogare, Dioecesanis loci, seu cujusvis alterius licentia, desuper minime requisita, auctoritate praedicta pariter perpetuo applices, assignes, & appropries, dictumque Conventum S. Antonii postquam sic, ut praefertur, suppressus, & extinctus fuerit, membrum, & Grangiam ejusdem Conventus S. Laurentii Priorem, & Fratres Missas, & Anniversaria, ad quae Fratres dicti Conventus S. Antonii ex legatis piis, aut alias quomodolibet tenebantur in Ecclesia ipsius Conventus Sancti Antonii, ita facta Missarum hujusmodi distributione, ut saltem singulis diebus Dominicis, & festis de praepcepto una Missa inibi celebretur per Fratres ejusdem Conventus S. Laurentii pro tempore existentes, qui tamen hac occasione extra Conventum hujusmodi non pernoctent, vel aliquem Presbyterum secularem, eorum arbitrio, quoties ipsis placuerit deputandum, celebrari, & adimpleri facere perpetuo teneri, & obligatos fore, dicta auctoritate decernas, & declares.

§. 6. Ad haec eidem Conventui S. Laurentii sic reintegrato, seu de novo erecto, illiusque Ecclesiae, ac Priori, & Fratribus pro tempore existentibus, necnon quibusvis Christianis eisdem Ecclesiam pro tempore visitantibus, ut omnibus, & singulis privilegiis, indulgentiis, favoribus, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, praerogativis, & indulgentiis, etiam illis, quibus ante ipsius Conventus suppressionem, mediante Confraternitate Cinctorum, sive de Centurati, vulgariter vocata, in Ecclesia hujusmodi erecta gaudebant, aliisque gratiis univertis, tam spiritualibus, quam

Fratres S. Laurentii praesentibus indulgentiis, immunitatibus, &c. gaudere poterunt.

Pensiones e-
cedit memora-
tis Francisco
& Dominico.

quam temporalibus, quibus alii Conventus Congregationis, & Ordinis predictorum, illorumque Priores, & Fratres de jure, usu, consuetudine, & alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt quovis modo in futurum, non solum ad eorum instar, sed etiam aequè principaliter, & pariformiter, ac absque ulla prorsus differentia uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite possint, & valeant, eadem auctoritate concedas, & indulgeas.

§.7. Ac demum memoratis Francisco quidem unam octuagintaquatuor, Joanni Dominico vero alteram pensiones, seu prestationes annuas triginta scutorum monetæ dictarum partium super omnibus, & singulis bonis, redditibus, & proventus dicti Conventus S. Laurentii per eos quoad vixerint percipiendas, exigendas, levandas, ac in eorum usus, & utilitatem convertendas, eisque per Priorem, & Fratres ipsius Conventus S. Laurentii pro tempore existentes annis singulis pro una in Nativitatis, & pro altera medietatibus pensionum, seu prestationum annuarum hujusmodi in Annunciationis B. M. V. festivitatis respective persolvendas; itaut pro dictis pensionibus annuis sic eisdem Francisco, & Joanni Dominico respective solvendis omnia, & singula bona dicti Conventus S. Laurentii specialiter obligata, & hypothecata sint, auctoritate prædicta reserves, constituas, & assignes: Nos enim quamcumque necessariam, & opportunam ad præmissa facultatem tibi harum ferie eadem auctoritate tribuimus, & impartimur.

§.8. Decernentes eandem præsentem literas, & in eis contenta, ac inde legitime secutura quæcumque, nullo unquam tempore sub quibusvis similibus, vel dissimilibus restitutionum, reintegrationum, erectionum, suppressionum, & extinctionum, applicationum, assignationum, & appropriationum, etiam effectum nondum sortitarum, ac indultorum, aliarumque gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, vel aliis contrariis dispositionibus etiam per quascumque literas, & Constitutiones Apostolicas, seu Cancellariæ Apostolicæ Regulas, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis etiam per Nos, & quoscumque Successores nostros Romanos Pontifices, etiam in crastinum cujuslibet eorum assumptionis ad summum Apostolatus apicem, ac Sedem Apostolicam, etiam motu proprio, & de apostolicæ potestatis plenitudine, ac consistorialiter, & alias quomodolibet pro tempore factis, & concessis comprehendi, aut comprehensas, & comprehensa ceteri, sed semper ab illis exceptas, & exceptas, ac quoties illa emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, necnon restituta, reposita, & reintegrata, ac etiam de novo sub quacumque posteriore data per Priorem,

& Fratres dicti Conventus S. Laurentii pro tempore existentes eligenda concessas, & concessa, firmaque, valida, & efficacia existere, & fore, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter, & inconcussè observari, & adimpleri.

§.9. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis ceteri, atque ita per quoscumque Judices &c. judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus &c. contigerit attentari.

§.10. Non obstantibus præmissis, ac de non concedendis Indulgentiis ad instar, & quatenus opus sit de perpetuis suppressionibus, unionibus, & applicationibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, exprimendoque in illis vero valore, necnon de præstando consensu in pensionibus, seu illarum reservatione aliisque nostris, & Cancellariæ prædictæ regulis, tam hætenus editis, quam in posterum quodcumque edendis, ac Lateranensis Concilii novissime celebrati uniones perpetuas, nisi in casibus a jure expressis fieri prohibendis, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quorumcumque Testatorum, etiam ultimis voluntatibus, quas quoad præmissa sufficienter, & expresse commutamus, ac prædictorum Ord. Congregationis, Conventuum, Ecclesiarum, & Seminariorum, aliisque quibusvis &c. eisdem Ord., Congreg., Convent., Ecclesiis, & Semin. illorumque Superioribus, administratoribus Fratribus, & personis quibuslibet sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus &c. etiam Motu proprio, & de apost. potestatis plenitudine, ac consistorialiter, & aliis quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & pluries innovatis.

§.11. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, &c. mentio, seu quævis alia expressio faciendâ, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores &c. ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 8. Augustii 1659. Pontificatus nostri Anno V.

Decretum irritans.

Contraria tollit.

Dat. die 8. Aug. 1659. An.V.

CCL.

Indulget, ut Clerici Congregationis Clericorum secularium Doctrinæ Christianæ in Gallia ab Anno 1647. citra admitti, vota simplicia emittere possint, non renovato probationis anno, atque omnes supradicti sive jam admitti, sive in futurum admittendi in d. Congreg., qui post

Ex Regest. in Secret. Brevi.

Præsentium.

Supplicatio.

Indulget Præposito Gen-
erali Doctrinæ Christianæ ordinatur a quolibet Antistite.

Decretum irritans.

post emissâ vota ex licentia Præpositi Generalis, vel Provincialis mittentur ad Sacros Ordines suscipiendos, ordinari possint a quocumque Catholico Antistite vel Dimissoriis illius Episcopi, in cujus Diocesi existunt Collegia, seu Domus, in quibus degunt de familia, qui ad Sacros Ordines promoveri desiderant.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Alia emanant a Nobis Literæ in simili forma brevis tenoris, qui sequitur, videlicet. Alexander Papa VII. Ad futuram rei memoriam. Sacrosancti Apostolatus Officium humilitati nostræ per ineffab. divinæ bonitatis abundantiam &c. Ut fufus in Tom.6. Par.4. fol.287.

§.1. Cum autem, sicut prædictus Franciscus Avias Nobis nuper exponi fecit, illi, qui in dictam Congregat. Clericorum secularium Doctrinæ Christianæ in Gallia ab Anno 1647. usque in præsentem diem admitti fuerunt, annum probationis expleverint, eoque expleto missi fuerint ad diversa Collegia, & Domes ejusdem Congregationis, in quibus tum in scholis faciendis, tum in aliis exercitiis, quibus dicta Congregatio ex instituto suo incumbit, occupantur, nec inde ad novam probationem faciendam, nisi difficulter, & cum gravi damno ipsius Congregationis revocari possint: Nobis propterea dictus Franciscus humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignemur.

§.2. Nos igitur ipsum Franciscum specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicat. &c. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, perspecta narratorum veritate, ut omnes, qui a prædicto Anno 1647. usque in præsentem diem in dictam Congreg. fuerunt admitti, in eaque per annum integrum in probatione steterunt, postquam per alios duos menses in eadem probatione permanserint in Collegiis, vel Domibus, in quibus ad præsens commorantur, si aliqui habiles inventi fuerint, ad tria vota simplicia, necnon votum, seu juramentum perseverandi perpetuo in eadem Congreg. admitti libere, & licite valeant ad præscriptum præinsertarum nostrarum literarum; Atque, ut omnes Clerici sive jam admitti, sive in futurum admittendi in dictam Congregationem, qui post vota, ut præfertur, emissâ ex licentia Præpositi Generalis, vel Provincialis mittentur ad Sacros Ordines suscipiendos ordinari possint a quocumque Catholico Antistite cum dimissoriis illius Episcopi, in cujus Diocesi existunt Collegia, seu Domus, in quibus degunt de familia iidem Clerici, qui ad Sacros Ordines promoveri desiderant, auctor. apost. tenore præsentium indulgemus.

§.3. Decernentes eandem præsentem literas semper firmas &c. Sicque in præmissis Bull. Rom. Tom.VI. Par.V.

sis per quoscumque Judices &c. definiri debere, ac irritum, & inane, si secus &c. contigerit attentari.

§.4. Quocirca Venerabilibus Fratribus Avenionen., & Narbonen. Archiepiscopis per præsentem committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel eorum alter eisdem, præsentem, ac præinsert. Literas nostras &c. & quoties pro parte Cler. secular. d. Cong. seu alicujus eorum, aliorumve, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, fuerint requisiti, per se, vel alium, seu alios solemniter publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra illos, & eorum singulos ipsarum præsentium, & præinsertarum Literarum effectu respective pacifice frui, & gaudere, non permittentes illos a quoquam deluper indebite molestari, perturbari, vel inquietari; Contradictores quoque libet, & rebelles per sententias, & censuras &c. invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§.5. Non obstant. præmissis, necnon recelen. memor. Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris nostri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, &c. aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis &c. ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 11. Aug. 1659. Pontificatus nostri Anno V.

Contrariis derogat.

Dat. die 11. Aug. 1659. An.V.

CCLI.

Confirmatio Statuti Congregationis Missionis in Gallia, quo cavetur, quod omnes, & singuli in ipsa Congreg. quatuor votis simplicibus, nempe castitatis, paupertatis, & obedientiæ, ac stabilitatis emissis, recepti, qui bona immobilia, vel beneficia simplicia possident, aut in futurum possidebunt, licet dominium illorum retineant, eorumdem tamen usum liberum non habebunt, sed de fructibus cum facultate, & arbitratu Superioris in pia opera disponere tenebuntur.

Ex Regest. in Secret. Brevi.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

§.1. Alia Nos supplicationibus dilecti filii Vincentii de Paul Superioris Generalis Cong. Missionis Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati eandem Congregationem sub certis modo, & forma tunc expressis confirmavimus, & approbavimus cum emissionem votorum simplicium castitatis, paupertatis, & obedientiæ, necnon stabilitatis in d. Congreg. ad effectum se toto vitæ tempore salutis pauperum rusticorum applicandi post biennium, probationis faciendâ, in quorum tamen votorum emissionem nemo interesset, qui ea acceptaret sive nomine Congregationis, sive nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis nomine, & vota sic, ut supra emissâ dissolvere posset solus Romanus Pontifex, necnon, & Superior Generalis

Motiva.